

EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARI^{II}
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

EXEQUIÆ

NOBILIS ADOLESCENTULI,
CVNONIS à VVERDER,

Viri Magnifici & Nobilissimi,
HEINRICI à VVERDER, Consiliarij

Anhaltini, &c: filioli dilectissimi,

XXV. Martij, Anno M. DC. XXXIII,
piè defuncti,

In frequentissimo lugentium cætu
Celebiatæ

à

Nobili Adolescenti,

MELCHIORE TOBIA HÜBNERO,

SERVESTÆ,

XXXI. Martij, Anno M. DC. XXXIII.

Quibus

Addita sunt Carmina funebria.



SERVESTÆ, Typis Andreæ Bezelij, Anno 1633.



VIRO
Nobilissimo & Amplissimo

HEINRICO à VVERDER,
Hæreditario in Gröpzig, &c. Con-
siliario Anhaltino

Hoc pietatis & observantiae
sua specimen

dicat

MELCHIOR TOBIAS

HÜBNERUS.

Pro-

PROGRAMMA INVITATORIUM:
RECTOR

GYMNASII ANHALTINI.

Studiosis Sal:

— Festinat decurrere velox
Flosculus angust & miser & q brevissima vite
Portio,

ITa præcipitem pueritiæ & adolescentiæ lapsum
describit Satyricus: Festinat flosculi instar ad
occasum, primo etatis vere, & brevissimam,
angust & vite portionem citò exigit: ut se penume-
rè esse desinat priùs, quam aliquandiu fuisse videa-
tur. Totâ hoc experimur die! Hinc primos
pueritiæ & adolescentiæ annos ad omnigenam
formare virtutem laboramus, ut etatula brevita-
tem singulari virtutum studio compensemus, &
ante diem puerilibus animis curas & cogitationes

A 2

viriles

viriles inseramus, ut non immaturi, sed maturi, & in ipsâ primâ adolescentiâ, si rerum humanarum Moderatori D E O ita videatur, quasi viri deceant.

Providam hanc dilectissimi sui filioli, GUNONIS, curam egit nobilissimus vir, HENRICUS à VVERDER, Consiliarius Anhaldinus &c. Qui humanae fragilitatis probè gnarus mature de viatico, non caduco illo, quod fortunæ expositum ludibrio, sed perenni & in ipsam usq; eternitatem durante (pietatis intelligo, probitatis & meliorum literarum studium,) filiolo suo prospexit. Quam in rem postquam domi suæ nobilem hanc plantulam ex infantiae angustiis eductam pietatis primisq; literarum rudimentis imbui curasset, veluti in fæcundius transferendam solum ratus, ante menses circiter novem, anno ætatis decimo, Servastam misit. Nec refellisset nobilissimum virum spes, si liberaliori culture aliquam indul-

dulcissimam moram ultima necessitas. Jam enim paternarum virtutum micare igniculi : Jam & crescere discendi ardor & progressum extare specimina.

Sed incrementa festinantem & florentem interceptit Altissimi manus ; quæ cum cælo jam maturam nobilem plantulam terræ inquinari sordibus nollet , marcore quidem lethali corpusculum affixit , animam vero , inter ardentia ad DEUM suspiria , ad amicissima beatæ æternitatis vireta , proximo XXV. Martij , traduxit : quam in magnâ illâ & decretoriâ die corpori suo renovato mortuorum & viventium Judex, DEUS , reddet.

Unum hoc jam reliquum , ut mortales exuviae Matri terræ honestè , & pro nobilissimæ familiæ VVERDERIANÆ dignitate tradantur ; Quod in urbis hujus majori templò à meridie , horâ primâ

fiet, Nobilis hujus ut funeris exequias, quâ
par est modestiâ, prosequamini, jultisq;ue in
templo plane peractis, in intcriore templi re-
cessu, nobilem adolescentem nobili adole-
scentulo piè defuncto religiosè parentantem
attentè audiatis, hoc publico programmate
moneo. Dab. Servestæ, XXXI. Martij, An-
M. DC. XXXIII. O. I. H. O. J. E. M.

M. VVendelinus.



A large, ornate floral emblem is centered on the page. It features a central circular motif with four stylized petals or leaves radiating from it. Each petal contains a small, dark, circular element. The entire emblem is surrounded by a dense, swirling pattern of vines and leaves, creating a complex and symmetrical design.

P.A.

PAREN TATIO

In templo majori ad D. Nicol: in frequentissimo Lugentium cætu habita

**MELCHIORI EX TOBIAM
HUBNERO,**

Adstantibus piè defuneti

CUNONIS à VVERDER

Sex Condiscipulis:

Cur atratus ego, squalidusq; puer, *Viri Nobilissimi, Consultissimi, Reverendi, Clarissimi, Doctissimi, Præstantissimi, &c.*

In hanc præstantissimorum virorum coronam, cum hoc æqualium cætu prodeam, fortean mirabimini.

Muto mihi & elingui vocem largitur & impeditæ linguae rumpit vincula, quæ ligare aliorum linguas solet, *mæroris magnitudo.* Unus

ex

ex ijs minimisq; sum, qui nobilissimo nuper adolescentulo, *Musarum* alumno, CUNONI à WERDER, *Magnifici & Nobilissimi Viri HENRICI* à WERDER, *Anhaldini Consiliarij, &c.* filiole dilectissimo (quem, eheu, factum funus vidistis!) *commensalis, contubernialis* & in *Musarum* castris, *commilito* fui. Quos videtis coætaneos & comites meos, ipsos atratos & squalidos, profundo mærore mutos oppresosque, in eodem fuere *convictu, contubernio, commilitio*: Nos quoque in hunc pietas adegit locum conspectumque vestrum, quem fugere verecundia & ætatis ratio jubere potuisset, nisi religiosus erga defunctum *commilitonem* affectus suassisset & persuasisset aliud.

Si quis defunctorum esset sensus, qui è cælesti regiâ mortalium exaudiret voces, altissimâ ad te voce, suavissime *Cuno*, affectu calido & recenti vnlnere jubente, exclamaremus *contuberniales & commilitones* tui: siccine amicitia & consuetudo nostra displicuit, ut orbos nos mæstosque relinqueres, &, tam præter omnem expecta-

pectationem nostram , alios tibi *sodales* quære-
res ? Sed miseriam & orbitatem nostram subli-
miore cogitatione solamur . Ex contubernio &
commilitio nostro non nostri te tedium expu-
lit, sed summi Imperatoris DEI, sub cuius *signis*
nobiscum strenue militasti , jussa evocârunt :
Stanter te & excubantem invenit, non gemen-
tem è *castris* eduxit : Recordamur enim voces
tuas, quas pietas & vitæ melioris desiderium, an-
te ægritudinis tuæ initia & indicia, tibi expressit.
Vellem, vellem beatè nuper defuncto adessem,
puerulo ! vellem ex ærumnosa hac & caliginosa
mortalitatis valle ad beatæ & eternitatis sudum
maturè evolare ! Evolâsti, evolâsti, ô comili-
tonum suavissime ! præsaga instantis tuæ migra-
tionis ista fuere desideria. Recordamur fortissi-
mam tuam in ultimâ tuâ cum morte luctâ pati-
entiam ; non à tyrone illa, vix à veterano milite
expectari poterat. Adeò pueriles annos tuos
*mentis excessisti generositate ! Durum imposu-
isti mortalitati onus, fortissime puer, quam pos-
se in ipsâ pueriâ ad hoc fortitudinis pîvenire*
fastigium docuisti, penè ad heros virtutis con-

B

sortio

Soror proiectus, ut nemo jam mortalitatis imbecillitate suam excusare timiditatem possit.
Nihil enim morte formidabilius, quam cum puer non formidaris, φοβερῶν φοβερώτατον superasti,
& viridi jam redimitus laureolâ beatæ immortalitatis candidatus triumphas. O te beatum!
O te gloriosum! nos miseri tui sodales & commilitones humili repimus. Hebent nobis oculia
ad virtutis gloriæq; tuæ jubar. Ipse tu cum mortales adhuc traheres exuvias, imbecillitatis & caliginis humanæ pertæsus, miseriam electulo deplorasti nostram. Quid miseri, ajebas, nos homunciones; Quasi cum Peripati Principe exclamares: Quid? nisi imbecillitatis exemplum, temperis spolium, fortunæ ludicum mutationis imago, calamitatis trutina? aut cum Stoico Philosopho: Quid? nisi corpus imbecille, fragile, nudum, inerme, alienæ opis indigum, ad omnem fortunæ contumeliam projectum. Quis crederet in puerilem ista ætatem cadere, quæ in sapientissimis miramur Philosophis? Sed altior te & divinior

Phi-

Philosophia imbut non è *Peripato*, non è
porticu^s, sed è cælesti derivata fonte. Nemo
mirabitur, qui cum materno lacte pietatem
te hausisse intellexerit. Nemo mirabitur, qui
primos & articulatos linguae tuæ motus ad pie-
tatem formatos intellexerit. Nemo mirabi-
tur, qui prima literarum rudimenta è sacris te
traxisse literis intellexerit : Nemo mirabitur,
qui magnam *Davidicorum* oraculorum partem
mente complexum intellexerit : Nemo mi-
rabitur, qui te sermonis, dum lectulo affixus
hæreres, parcissimum in ardentes effusum pre-
ces intellexerit. Vix enim elicere à te vocem
poterat, nisi mentis in D E U M & preces devo-
tæ mentio : quæ quoties à circumstantibus fa-
cta, tibi disertæ vocis usum reddidit, pené af-
flictis corporis viribus majorem, ut porrò non
incitandus, sed retinendus (ne languidum nimis
mis fatigares pectus) videreris. Has tu, *suavissi-
me commilito*, scalas, hos arietes admovisti
cælo : his machinis cælestem expurgasti ar-
cem, & in tuam redegisti potestatem ! *Seni-
bus, juvenibus, adolescentibus, pueris in*

exemplum cedit pietas tua , patientia tua ,
virtus tua ! Munto tu mortuus , antequam
morereris , ut D E O viveres , quando more-
reris . Quis obitum hunc tuum lugeat , si
tranquillâ sedatâque mente felicitatem gloriam-
que tuam reputaverit ; si recte beatissimam tu-
am vicem læstimaverit ? Puer abijsti , sed metam
senibus præfixam , antequam abiures , attigisti .
Marcuit primus adolescentiæ tuae flos ; sed ma-
turus , sed D E O consecratus , sed viridis mo-
dò & extra omne marcoris periculum positus . E
Musarum , inter prima melioris literaturæ ru-
dimenta , complexu abruptus es : Sed ad cæ-
lestem Academiam modò admissus , omnibus
sapientiæ magnitudine umbram facis , quorum
vel inter gentiles , vel in Ecclesiâ , sapientiam
admirata antiquitas . Formæ elegantiam ex-
anime corpus posuit : sed eâ lege , ut longè
majorem recuperaret , fulgidiique instar sideris
olim micaret . Et quid nisi mortales posuisti
exuvias , ut mox immortales reciperes ?
Grata vale , nuper convictus portio nostri ,
Militiæ nostra portio grata , vale ,

Æter-

*Æternum salve, cæli prænobile germe,
Et salve angelicis associate choris.
Hæc tuotumulo violas, hæc lilia fratres
Spargimus: extremum hoc, quicquid ho-
noris, habe.
Nulla tui capiet mentes oblivio nostras.
Nec poterit laudes lingua silere tuas.
Sidera dum magnum cæli per inane meabunt,
Dumq; suas tellus Dædala fundet opes.*

*Ad vos me converto, Viri Nobilissimi,
Consultissimi, Reverendi, Clarissimi, Do-
ctissimi, Præstantissimi, qui fratri & commi-
litoni nostro ultimum modò humanitatis offici-
um, frequenti confluxu, religiosè præstitistis.
Mortalitatis nostræ speculum vidistis, beatæ im-
mortalitatis spem, nisi fallor, renovastis, no-
strique fratribus & commilitonis exemplo, non
adeò formidandam esse mortem, quam & pueri
superare valeant, intellexistis. Nos, quô prom-
ptam & religiosam hanc vestram remuneremur
humanitatem, non habemus, nisi memoris gra-
tæque mentis pignus, quod omnes & singuli de-
missè*

missè offerimus, dum majora, si visum D E O ita
fuerit, polliceri & præstare ætas nostra aliquan-
dò major poterit. Præstabit nobilissimus & mæ-
stissimus defuncti fratriis nostri parens, quem his-
ce filij adesse *exequiis* magnitudo mæroris non
patitur. Hunc uti magnum literatorum *Mæce-*
natorem sincè admiramur: ita pio hoc nostro, er-
ga defunctum ejus filiolum, *fratrem nostrum*,
affectioni animus nobis est submissè ye-
nerari.

CNONIS V AERDE R

D I X I.



CAR.

CARMINA FUNEBRIA.

Ad Beatos manes
Nobilissimi, atq; optimæ indolis & spei
Adolescentis

CUNONIS à VVERDER,

I Tōū cū aγίοις.

Ingenij dotes Generis splendore coruscæ,
Cordisq; exemplar de meliore luto
Si summi legem potuissent vertere F A T I ,
Dignus eras annos vivere Nestoreos.
Intenam GENII, GENTIS, MENTISq;
Contulerant dotes sic ubicunq; suas; (decores
Ut spes teq; tuos jam tūm præclarafoveret,
Non fore tām rari Floris inane decus;
Teg; Bonis olim exemplum, lumenq; futurum,
Et P A T R I A E column, præsidiumq; tuis.

Sed

CAR-

Sed quia te cœlum vocat, ac divina voluntas,
Flosculus ad superos intemeratus abis:
Scilicet intactum petijt te cœlica florem.
P A T R I A, ne scires, ne faceres vè malum.
Salve erepte malis, quibus undiq; cingitur orbis,
Salve Cassa S O L O plantula, viva P O L O.

Johann. Sturmius Cancellarius

Servestanus.

Ejusdem Paraphrasis Germanica,

B Ann Adel des Gemüths / wann des Geschlech-
tes Adel

Ein Exemplarisch Herz rechtschaffen ohne Za-
Hett können halten vff das Ziel der Sterblichkeit /
Wehrt ihr gewesen wehrt zu leben Nestors Zeit.

Dann was ein Edles Blut vor gaben können zieren/
Die wahren heuffig All an euch mit lust zu spüren/
Das an so zarter Bluet wol jeder kont absehn /
So schöne Blume nicht vergeblich wird vffgehnt.

Za/ das ihr mit der Zeit ein Spiegel schön den frommen /
In Euge würdet sein/ der auch zu hülff möcht kommen /
Mit rath dem Vaterland in seim zerrüttensstand /
So wol mit Trost / vnd Schutz den seinen gehn an

Handt.

Die

Diesweil dem höchsten Gott es aber so gefallen
Aus dieser argen Welt mit euch in Zeit zu Wallen,
So ländet auch mit euch im Himmel an ewr ruhmb/
Und sterbt ab dieser Welt ein unbesleckte Blum.
Freylich! hat Gott mit euch aus dieser Welt gecilet/
Damit ewr Edles Herz / vnd Seel allhier versilet
Nicht würd in Eitelkeit / vnd der des besten lust
Euch nicht verkehrte / ja ihr die nicht eins gewusst.
So sey dann nun gegrüst von uns zu tausent mahlen
Du Edle Himmelsblum erloest aus allen quahlen (Grab
Die uns vmbgeben noch. Ruht gleich dein Leib im
So lebst du doch in Gott der Welt gestorben ab.

Eodem Authore.

I I.

Intra germina blandientis auræ,
Flores inter amoënitate vernâ
CUNO à VVerder amoënioris ævi
Germen nobile , flosculusq; vernans,
Præter spem , perit. at quid ? hoc volebam ;
Præit, non perit. immò jam supernam
Cœlorum subiit beatus oram.
Post idem ocius ad suos redibit
Mente ac corpore denuo ligatis.
Quovis germine pulchrior redibit,
Quovis flosculo amoënior vigebit;
In omne, in quo, sic vigebit ævum,
In omne, in quo, sic manebit ævum!

M. Christianus Beermannus Servestæ antistes &
Theologiæ ibidem Professor.

C

A d

III.

Ad Nobilissimum Adolescentem

CUNONEM à WERDER,

Currente ætatis anno decimo pié defunctum.

SIcine præcipitas abitum, fingentis & inter Naturæ digitos in cinerem ire juvat?

Ire juvat: Quoniam sedit sententia mente

Sancta, Redemptori te sociare tuo.

Porrectam è cœlo Christi dextramq; sinumq;

Vidisti. Tantum mentis acumen erat!

Non desiderio statui modus aut mora promtos

(Sic ire ardebas:) impediisse pedes:

Non iter ambages poterant producere: recto

Tramite te mentis impetus ire jubet:

Ire jubet, patremq; jubet salvere, valere:

Quod charum in terris deseruisse jubet.

Vah desiderium & mentis sacer impetus altæ!

Hocce senes puerο tendite ad alta duce.

M. VVendelinus G. A. R.

IV.

Conditur noctumulo Majorum stemmate Cu N°

De VVERDERORUM nobiliore satus:

Huic HENRICUS erat Genitor, prudentibus usa-

Consiliis cuius Patria sæpe fuit:

Quem paucos inter virtutibus incluta dudum

Suspicit Ascanii Principis Aula viros.

Majorum Puer hic vestigia celsa securus

Gloria virtutum certa futurus erat:

Ingenium hoc præstans puerili in pectore, & illa-

Virtutis raræ splendida signa dabant.

Sustulit ingrato tam rarum sustulit orbi,

Qui dederat Patriæ, præcocc morte decus,

Ne

Ne scelerata pium vitiorum semina peccatus
Corruptum pravâ non sine labore darent.
Quin lacrymis igitur, Genitor tristissime, cessas
Affiduis peccatus tandem onerare tuum?
Omnibus creptus jam curis Filius omni
In cœlo purus crimine latus ovat.

M. Petrus von Jena Reipub. Servestanae Consul
& Illustr. Gymnas. Adjunctus.

V.

Navit a jō felix, felici Numine, vastum
Cui pelagus tranare datur, datur exoptato
Littore tot tandem votis uti atq; fruisci:
Tu potius, tandem genio ingenioq; future
Nobilior, german prælustre, beator illo,
Chare puer, memorandus eris mœrore sepulto.
Nam mundi immundi ne jact areris in undis
Perpetuo, aut vis magna mali Te mergeret; En mox
Cælestem in teneris annis feliciter oram
Attingis, miraris opus stellantis olympi, &
Gaudia latus agens cælestia Numen adoras.

Paraph. Germanica.

Gin Schiffman glücklich ist/ der durch des Meeresbrausen/
Vnd Wellen unzehewr/ben Norder Winde sausen
Nach Herzengwündsche fehri/erstrandet seinen Port/
In dem er ohn Gefahr mög bleiben also fort.
D aber seliger seyd ihr / jhr Edle Rose/
Ihr edles junges Herz. Denn damit in der losen
Unsaubern Welt See jhr zu schwimmen von der Noth
Forcan nicht heit / zu sich euch der getrewe Gott
Genommen. Nun seyd ihr ganz selig angelendet
Im ewign Lebens Port/ selig habt ihr vorwender
Mit Sterb. Unsterbligkeit / lebt nun in höchster Freud/
See, lobt vnd singt Gott an in alle Ewigkeit.

contestandæ debitæ condolentie E. deprop.

Balthasar Wircker B. A. Jur. Candidat.

311

Maxima Musarum cœlo descende, mihiq;
Lugubres dicta Calliopea modos,
Quæsī retegam miseras faciesq; facesq; dolorum,
Qui sub corde furunt visceribusq; meis
Dic mihi, quale melos moribundo gutture cygnus
Ad Tanais ripas, seu vada nota canit.
Dic mihi, quod Thracum raptâ muliere sacerdos
Dixerat, ad cuius se posuere sonum
Æolio rabidi dimissi carcere venti,
Atque quieverunt monstra feræq; truces.
Ah ah: unde meos questus exordiar? unde?
Quid primum dicam, nescio vel quid agam?
Namque meus gnatus, curarum dulce levamen.
Gustavit gelidæ pocula parata necis.
Hunc nunquam, dum sol perlustrat lampade terras
Pallentes, oculis ipse videbo meis.
Ah non conspiciam, nisi fessæ claustra relinquam
Vitæ, dirumpet filaq; Parca ferox.
Jam, jam lætitiae, jam gaudia læta valete,
Jam valeat, quondam quod mihi dulce fuit.
Jam lachrymæ mentis turbatæ signa venite,
Perpetui planctus quæso, venite mihi.
Daulias ut queritur ramis innixa novellis,
Atq; dolor mœstam conficit ante diem,
Cui pullos teneros è nido callidus auceps
Extraxit tacitâ furtificâq; manu.
Sic ego conspectu gnati privatus amato
Conqueror, & mœstum conficit hicce dolor.
Sæpius invisa cupio cum morte pacisci,
Mundiq; impatiens supplice voce precor,
Ut tandem Parcae disrumpant stamina vitæ,
Quò jungar gnato, his eripiarq; malis.
Ah cur non properas mors, mors cur quæso moraris?
Pectoris afflicti respice vota mei.

Georgius Hermanni Deßä- Anhalt.

Aliud ejusdem.

Ach leider/ liebstes Kind/ heit ich da können meinens
Daz man mich sehen solt an deinem Grabe weinen!
Als furz vor deinem Todt du zu besuchen kamst
Mich vnd durch dein Anfange der Krankheit theils benamst
Als du/ daß ich dich ließ nun ziehen/ mich ermahnest
Als du frisch vnd gesund vor mir dich wieder wandtest
Als ich bath/ daß du wol selbst deiner heitest achtest
Als mit viel Thränen mir du gabest gute Nacht
Ach leider gar zu früh hat mich der Todt geschteden/
Von dem/ durch dessen Trost ich Erwrigkeit vermieden.
Ich hab Ursache wol jetzt zu beklagen mich/
Stets über seinen Todt mein Herz wird trencken sich/
Ihn werd ich nimmer nicht aus dem Sinn können schlagen/
Viel minder hören auf des Tods Grim anzuklagen/
Besondern jimmer zu die Augen halten naß
Von Thränen/ vnd mein Herz in Angst ohn Unterlaß/
Dann meinen liebsten Sohn hab ich an ihm verlohren/
Den ich den andern stets vorzog vnd mir erkoren/
Den die Natur mir nach gebildet eigentlich/
Der still/ gehorsam/ from/ allzeit ließ finden sich/
An dem gedachte noch mein Herze Freud zu sehen/
Den ich verhoffte noch an Vaters Stell zu sehen/
Der meiner grauen Haar noch sole annehmen sich/
Den hat der Todt hinweg gerafft so jämmerlich/
Der mit für diesem Lust vnd Freudte könne geben/
Der macht mir numehr verhasset dieses Leben/
Der macht/ daß ich mich quehl ohn Unterlaß forthins/
Der macht/ daß ich schon des Todes eigen bin/
Der halben kom nur bald/ Todt/ der du ohn Mitleidens/
Vnd ohn ansehn der Jahr so grawsam dörffen scheiden/
Den Vater von dem Sohn/ volführe deinen Grim/
Vnd den/ der schon halb Todt/nur vollends bringe umab/

M

E iii

Hin.

Hinweg mit aller Frewd/ hinweg mit allen Scherzen;
Es fehre hinsort ein/ bey mir nur eicel Schmerzen;
Was mir zuvor lies war/ jetzt habe gute Nacht;
Es falle Erwirgkeit mich hinsort an mit macht;
Dann wie ein Nachtigal bekümmert vnd betrübet
Auff einen Zweig sich setzt/ vnd grosses Klagen übet;
Sich selbsten auch verzehrt/wann eines Menschen Hand;
Die lieben Jungen ihr hat listiglich entwand;
Also wird mich mein Schmers auch endlich gank verzehren;
Dieweil ich meines Sohns Anblicks nun muß entbehren;
Ach wie viel Herkens Stöß nun werde leiden ich;
Wie wird so herzlich doch mein Tod erfrewen mich;
Dass ich nur meinen Sohn/mit Augen möge sehen;
Vnd also in die Frewd/ der er gentesset gehen;
O Todt/ kom doch nur bald des Schmerzens mich benim
Vnd mich nach meinen Wunsch aus dieser Welt reiß hin.

VII.

Quod studium, genus & convictus junxerat idem,
Hos distraxerunt lurida tela necis.
AT
Tu nitidā gaudes aulā stellantis olympi
Felix commiles, quando ego versor humi,
Sed tua sic meruit pietas, patientia, virtus,
Ut vivas felix semper apud superos.
Digna foret talis pietas, sociumq; deceret,
Ut versu laudes ferret ad astras tuas,
Sed terrent alii Musam, dissuadet & atas,
Dissuadet tandem vena benigna minus,
Hoc igitur gratiae mentis cape pectore grato
Pignus & electis associate vale,
Nominis ipse tui memor, hos dum spiritus artus
Diriget, & vitam morte lucrabor, ero.
Ludovvius à VVürthenau.

Qui

I X.

Qui bis quinque suæ ætatis compleverat annos,
Et septem menses, vix totidemq; dies
Pertæsus mundi, fretus non viribus hastæ
Et clypei duri, sed pietate suâ,
Provocat ad pugnam mortem, devincit & ipsam.
Virtutisq; suæ præmia digna capit.
Hujus enim mundi vitiis ereptus in aulam
Ducitur ætheream, se sociatq; piis.
Salve igitur victor, victa qui morte triumphas.
Mulcet ubi Elysias aura beata rosas.
Salve, iterum salve gratissima portio cœli,
Dum vivam, memor hæc sit mea lingua tui.

Melchior Tobias Hubner.

I X.

Nunc repet apicus Zephyrus spirantibus aëris,
Lætaq; formosi tempora veris eunt:
Nunc violæ rursus, nunc gramina mille colorum,
Quæ prius immitis læserat aura, virent.
Nunc tepidum volucres concentibus aëra mulcent,
Ludit & in pratis luxuriatq; pecus.
VVERDELLUS, cunctis neglectis, flore juventæ
Liquit humum tristis contumulatus humo,
Arrisere magis cœlestis regna salutis,
Veris inexpliciti perpetuanda dies.
Culta ubi vivaci viridiania cincta Smaragdo
Cœlesti florum fertilitate vigent.
Salve ergo, salve campos sortite beatos,
Cui datur æterni veris honore frui.
Nos tibi jungemur veniet cum terminus orbi,
Cum commutabunt terra fretumq; vices.



Rudolphus VVendelinus

Haren-

Hærentem veluti ducit aranea telam
 Semper dependens, nec sit inane & opus;
 Sic etiam nostros homines consumimus annos,
 Atq; mera est vita fabula, bulla, labor.
 Hic juvenis Cuno generoso è stemmate natus
 Floruit ut flores culta per arva nitent,
 E terrâ factus, sed mox mutatus in ipsam,
 In quam nos omnes Biblia abire docent:
 At tu summe Deus nosmet super astra repone,
 In quibus hinc fidos gaudia magna manent.
 Quo tibi præclaras, Jesu, præconia soli
 Cantemus laudes perpetue voce tuas.

Philippus Beccmannus Mülhusinus,

F I N I S.



Nh 112

ULB Halle
004 932 978

3






Farbkarte #13

B.I.G.

Black
White
Magenta
Red
Yellow
Green
Cyan
Blue



Æ
SCENTULI,
VERDER,
Nobilissimi,
DER, Consiliarij
dilectissimi,
DC. XXXIII,
entium cætu
ente,
AHÜBNERO,
T Æ,
. DC. XXXIII.
a funebria.
æ Bezelij, Anno 1633.